UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

DCLVI. Konrad von Zlewin verspricht dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg das Schloß Baruth offen zu halten, 27. Mai 1328.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-56193

Visual Library

reichs, bechennin an diſem briſe, Daz wir und unſir erbnamin 'datz fürſtentüm zv Luſiz mit allim dem, daz dazu gehorit, daz wir gegin unſim Oheme marggraue Ludewig von brandinburg vmme ſechczehin tauſint marg brandenb. ſilbers vnd gewichtis kauſt habin, im odir ſinen nachkumin wider vorkauſſin ſullin vor daz ſelbe gelt, von ſand mertins tag, der uv nehiſt wirt, ſürbaz vbir zwelf iar, als die briefe ſprechin, di dar vbir gebin ſint. Vnd daz gelobin wir mit vnſirn erbnamin unſern oheim marggraue Ludewig und von Miſſin. Dirre brief iſt gebin zv der goltzowe, under unſern Inſigel, nach Gots geburt dreitzehin hundirt jar in dem acht zweintzigeſtin jare, an der mitwochin in den phingeſtin.

Nach dem Copialbuche des Geh. Kab.-Archives I, C. 4 in quarto Bl. 15. Vgl. Gercken's Cod. I, 141.

---

DCLV. Heinrich und Friedrich von Alvensleben, ſo wie Arnold Stammèr, verſprechen das dem Kloſter Althaldensleben verkaufte Dorf Wederingen, welches ſie von den Markgrafen von Brandenburg früher zu Lehn getragen, vor dem nunmehrigen Lehnsherrn, dem Erzbiſchofe von Magdeburg, dem Kloſter aufzulaſſen, am 25. Mai 1328.

Nos Henricus de aluenſleue et arnoldus ſtamere milites et fredericus de aluenſleue, eiuſdem domini hinrici ſilius, recognoſcimus in hiis ſcriptis, quod data ſide coniuncta manu domino prepoſito clauſtri veteris haldeſleue, domino Wulrado de dreynleue, domino Ciliaco dicto Kalff, domino theodorico de hordorp militibus et wulrado de dreynleue famulo ad manus clauſtri prenotati promiſimus, cum primo dominus noſter archiepiſcopus Magdeburgenſis venerit Magdeburgum vel alias, ubi ipſum habere potuerimus, in termino trium menſium poſt eius aduentum, villam Wiederinge, ſitam prope ciuitatem haldeſſleue, quam prefato clauſtro uendidimus, cum tali iure, ſicut eam de illuſtribus principibus Marchionibus Brandenburgenſibus habuimus et nunc de domino noſtro Archiepiſcopo prefato habemus, ab eodem domino noſtro Archiepiſcopo perpetuo poſſidendam cum prenotato iure, ordinare. In huius rei teſtimonium preſentem litteram fecimus noſtris ſigillis roborari. Datum anno domini M°. CCC°. XXVIII°. in die beati urbani pape.

Aus dem Althaldenslebenſchen Copialbuche Mſpt. Abſchrift vom Paſtor Behrends zu Nordgermersleben. — Dieſe Urkunde iſt die nämliche, welche in L. v. Ledebur's neuem Archive II, 166 angeführt und in das Jahr 1338 geſetzt iſt.

---

DCLVI. Konrad von Zlewin verſpricht dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg das Schloß Baruth offen zu halten, am 27. Mai 1328.

Ego chunradus de zlewin cum meis heredibus recognoſco literas per preſentes, Quod caſtrum barüth debeamus illuſtri principi domino Ludouico, Marchioni Bran-

denburgenſi et ſuis ſucceſſoribus contra omnem hominem, excepto Domino Rudolfo Duce Saxonie, tenere ſemper patulum et apertum. In cuius rei teſtimonium ſigillum pro me et meis heredibus preſentibus eſt appenſum. Datum Berlin, anno domini M°. CCC°. XXVIII°., feria ſexta infra octauam feſti penthecoſtes.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Kab.-Archives I. C. 4 in quarto Bl. 15. Vgl. Gercken's Cod. I, 142.

---

DCLVII. Markgraf Ludwig verordnet, daß kein Lehnsmann in der Vogtei Spandau von ſeinen Lehnsbeſitzungen zu Martini etwas erheben ſoll, bevor nicht die allgemeine Landſteuer, welche die Städte vorſchußweiſe an den Herzog von Sachſen gezahlt, daraus erhoben worden, am 1. Juni 1328.

Nos Ludovicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, sacri Romani imperii archicamerarius, fatemur in his scriptis, quod nullum habentem bona pheodalia in advocacia Spandow permittimus quicquam de talibus tollere bonis supra festum S. Martini proximum, nisi prius Consules dicte advocacie civitatum adipiscantur et tollant de bonis talibus contributionem, quam nunc domino duci Saxonie pagaverint. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum Datum Berlin, anno domini M°. CCC°. XXVIII°., vigil. sacr. Corporis christi.

---

DCLVIII. Papſt Johann fordert den Herzog Rudolph von Sachſen, den Herzog Heinrich von Mecklenburg und den Fürſten Johann von Wenden zum Widerſtande gegen den Ludwig auf, welcher ſich der Mark Brandenburg angemaßet habe, am 15. Juli 1328.

Johannes XXII. etc. Rodolfo Duci Saxonie. Ad audientiam noſtri apostolatuſ nuper infesta relatione pervenit, quod Ludovicus, illiuſ proditioniſ et iniquitatis alumpni Ludovici olim Bavarie Ducis, excommunicati et jure, si quod ſibi ex electione diſcordi, que de ipso celebrata fuiſse dicebatur, ad Regnum Romanorum vel Imperium forsitan competebat, iusto iam Domini privati iudicio et de hereſi sententialiter et publice condempnati primogenitus, pretextu cujusdam donationiſ, quam de Marchionatu Brandeburgensi ſibi dictus pater ſuus de facto, cum de iure nequiret, feciſſe dicitur, contra prohibitioneſ proceſſuum noſtrorum super hoc de fratrum noſtrorum conſilio habitorum, et in eis partibus publicatorum, ut credimus, deducendo nichilominus penaſ et ſentencias in illiſ contentaſ dampnabiliter in contemptum, dictum Marchionatum, in divine Majestatis contumeliam et Eccleſie Romane, ad quam regimen vacantis Imperii, ſicut nunc vacat, pertinere dinoscitur, non absque magne temeritatiſ audacia nititur usurpare, eccleſias et perſonas alioſque fideles mar-